Lettres du Roy

Par Lesquelles il accorde aux habitans de la Ville de Carcassonne que ceux de lad. Ville qui seront Condamnez a mort ou autre peine afflictive, Leurs biens ne seront confisquez que dans le cas ou il s'agira de Crime de fausse-monoye

En 1364.

Notum facimus

Quod Nos ad humilem supplicationem Consulum Universitatis Burgi Carcassonne, Attendentes Eorum fidelitatem et obedientiam

quam habent et semper habuerunt
Erga Nos et Coronam Franciae,
attentis que gratuitis servitiis per
ipsos Consules ac Universitatem
Nobis et praedecessoribus nostris
Regibus Franciae diversis modis
Impensis Et quae de die Impendere
non desinunt toto posse eisdem
Consulibus ac Universitati et
habitatoribus Burgi Carcassonae
praesentibus et futuris Concessimus
et Concedimus per praesentes de
nostra conscientia et gratia speciali
quod si aliquis de habitatoribus
dicti Loci praesentes atque futuri
Ex quocumque Crimine ad mortem
vel mutilationem membri seu ad
Exilium perpetuum Condemnatus
fuerit, quod propter hoc bona
talium nullatenus confiscentur,
sed quod haeredibus Liberis seu
propinquioribus dicti Condemnati,

ti Extens, Bona Ipsa Integrali ac libere remaneant et revertantur, et nisi extens quod Idem Condemnatus de bonis ipsis valeat ordinare pro suae libito voluntatis, vel Successores sui qui non delinquerent puniantur pro vel jura scripta quibus Patria illa regitur volunt, Exceptis tamen et retentis bonis Illorum qui propter Crimen Laezae Majestatis, haeresis vel falsae Monetae seu aliud crimen a jure Exceptum fuerint, quomodo libet Condemnati.

Mandantes Senescallo, Vicario q. et Judici Nostro Carcassonae vel Eorum Loca tenentibus et Cuilibet Ipsorum in Solidum Committentes quatenus Consules et Universitatem praedictam et Singulares ac habitatores Ejusdem praesentes et

futuros nostrâ presenti gratiâ uti et gaudere faciant et permittant.

Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret in futurum, Nostrum praesentibus Litteris fecimus apponi Sigillum.

Salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno.

Datum Parisiis anno Domini 1364.

Per Regem In Suo Consilio
Gontier /.